

CAP. 21. nostram emendari. 155
curam & aviditatem rerum terrena-
rum animabus nostris solet immittere.
Quæ cæcitas eo insignior est, quod ne *Nihil ex*
pulvisculum quidem ex omnibus illis mundo
pecuniarum acervis in regnum cœle- *asporsus* -
ste possumus asportare: quippe cuius *mus.*
via tam angusta est, ut omnia terrena
corporisq; adeo ipsius exuvias animæ
abstringat. *Angusta est via, quæ dicit ad*
cœlum, Et pauci sunt qui inveniunt eam; ;
inquit Servator Matth. 7. Sicut agrico-
la in area triticum à palea separat: ita
mors fidelium animarum bonum se-
mē à paleis rerum mundanarum libe-
rat; neque enim revera aliud illæ sunt,
quā paleæ à vento hinc inde translate
Ps. 1. Itaq; fac illud ex animo tuo nun-
quam excidat quod supra ex B. Paulo
adducebamus: *Quæ secundum Deum tri-*
stitia est, pænitentiam in salutem stabilem
operatur; sæculi autem tristitia mortem o-
peratur.

CAPUT XXI.

QUIS SIT VERUS CULTUS divinus.

Lev. 10. Filij Aaron offerebant Do-
mino ignem alienum, egressusque
ignis à Domino devoravit eos.

H 6

Ignis